



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1494 usque ad annum 1507

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1769**

**VD18 90118448**

§. 134. Præcipuorum Italiæ Procerum conspiratio in Valentini Ducem.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67025](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67025)

quod armorum societatem status Eccle- Sæcul. XVI.  
siastici Principes sanxissent, eo fine, ut A.C. 1502.  
communi studio adversus Papæ ac Va-  
lentini Ducis ejus Filii conatus propriæ  
saluti invigilarent.

## §. CXXXIV.

*Præcipuorum Italæ Procerum con-  
spiratio in Valentini  
Ducem.*

Bentivolius cunctis, quæ ab eo peteban- Raynald. ad  
tur, lætus annuit, nomenque suum hunc ann.  
initæ armorum societati dedit, protinus n. 13.  
numerata, quæ ad sustinendas belli ex- Sabellic.  
pensas præscribebatur, pecuniarum sum- Enn. II. lib. Raph. Volat.  
ma. Huic quoque foederi accesserunt lib. 22.  
Paulus Balionius Perusii Princeps, nec-  
non Liberottus de Firma; inter ceteros  
quidem postremi sese foederatis adjunge-  
bant Ursini, atque Vitellii, qui tamen  
cunctationis culpam eo ardenter studio  
reparabant. Præcipuus hujus conspira-  
tionis scopus duplex erat, scilicet, ut  
Ducem Valentinensem perderent, atque  
Urbinatis Ducem, ac Camerini Princi-  
pem vindicarent. Itaque hoc anno sub  
finem mensis Augusti in unum collecti  
suos conventus cogebant, atque inter  
eos decretum, ut Balionius, Liberottus,  
Ursini, & Vitellii ab Ecclesiastico ex-  
ercitu, cui imperabant, copias suas re-  
Hist. Eccles. Tom. XXXI. C c vo-

Sæcul. XV. vocarent, easque ad seditionem concitarent, ceteri vero conjurati sine moræ A.C. 1502. dispendio septem millia Equitum, pedumque novem millia conscriberent; hæc autem militia in bina divideretur agmina, quorum primum Imolam seu Forum Cornelii invaderet, alterum Ariminum, ac Pisaurum contenderet, eequod in utraque urbe foederati clandestinum cum civibus commercium haberent: Urbinatis vero Dux, ac Camerini Toparcha, clam subministratis Venetorum copiis aucti ditiones suas recuperare adlaborarent, ac Galli foederatorum consiliis favere rogarentur, id autem illis recusantibus, ne saltem adversarentur, exorandi essent. Attamen Ludovicus foederatis opem præstare renuit, rebus suis melius consultum fore ratus, si Valentini Ducem partibus suis addictum conservaret, quem absque Pontificis indignatione offendere haud poterat.

*San-Gelaf.  
hist Lud.  
XII.  
Joa. Garzi  
E Aleman.  
hist. de Bonon.  
Leand. Alb.  
descript.  
Italia.*

Rebus ita dispositis, Conjurati copias suas ab exercitu Valentini Ducis avulserunt, & mox Urbinatis Dux ditionem suam recuperavit: cum autem Princeps Camerinensis sex armatorum millia urbi suæ admoveret, cives trucidato exiguo Valentinenium præsidio, læti Dominum suum receperunt. Valentini Dux his angustiis pressus, Galliarum Regis auxilium imploravit, illudque non

non minori promptitudine, quam affectu sæcul. XVI.  
obtinuit; Ludovicus enim datis ad Me- A.C. 1502.  
diolanensem Gubernatorem literis jussit,  
ut Gallicum Equitatum per Alpeninum  
montem transmitteret, quinque Hely-  
tiorum millia navibus imponeret, ac o-  
muni cunctatione remota in Urbinatis Du-  
catum penetraret. His suppetiis fracta  
est Foederatorum factio, tandemque die  
vigesima quarta Decembris hujus anni  
pax conclusa, atque utrinque firmata est,

## §. CXXXV.

*Alexandri, ac Valentini Duxis  
perfidia.*

Verum Valentini Dux hujus reconciliatio- Guicci. hist.  
natis securitate foederatos ideo la- Ital. lib. 5.  
stabat, ut eo facilius eorum exitium ma- Aubery hist.  
turaret; quippe fancita pace illos indu- Cardinal.  
xit, ut eum accederent, ac cum copiis suis  
Senogaliam venirent, illi autem postquam  
urbem ingressi sunt, mox includuntur,  
& Vitelofsius ac Liberottus Firmanus la-  
queo suffocantur, Ursinus vero in teturum  
carcerem conjicitur. Pontifex ad pri-  
mos hujus facinoris rumores Cardina-  
lem Ursinum, ceterosque hujus familiæ  
Viros, qui initæ concordiae fiducia dece-  
pti, Romæ agebant, comprehendendi jubet;  
fertur quoque, huic Cardinalem propi-  
nato Cantharidis veneno necatum suis-

Cc 2

se;